Epistolae cypriani diuersae ad diuersos
N° XIV
N. 14

1

INCIPIT AD QUIRINUM LIBER PRIMUS

CYPRIANUS QUIRINO FILIO SALUTEM. OBTEMPERANDUM FUIT
fili carissime desiderio tuo spiritali inpensissima petitione di
uina magisteria poscenti quibus nos dns per scripturas scas erudi
re et instruere dignatus est. ut a tenebris erroris abducti et luce
eius pura et candida luminati uiam uitae per salutaria sacra
menta teneamus. Et quidem sicut petisti ita a nobis sermo compo
situs et libellus compendio breuiante digestus est. ut quae scribeban
tur non copia latiore diffunderem. sed quantum mediocris memoria
suggerebat. excerptis capitulis et adnexis necessaria quaeque colligere
quibus non tam tractasse quam tractantibus materiam praebuisse
uideamur. Sed et legentibus breuitas eiusmodi plurimum prodest.
dum non intellectum legentis et sensum liber longior spargit. sed sub
tiliore compendio. id quod legitur tenax memoria custodit. Com
plexus sum uero libellos duos pari qualitate moderatos. unum quo osten
dere nisi sumus. Iudaeos secundum quae fuerant ante praedicta a do
recessisse. et indulgentiam dni quae eis et pridem data et in posterum
promissa fuerat perdidisse. successisse uero in eorum locum xpianos
fide dnm promerentes et de omnibus gentibus ac de toto orbe uenientes.
Item libellus alius continet xpi sacramentum quod idem uenerit qui
secundum scripturas adnuntiatus est. et gesserit ac perfecerit uni
uersa quibus intellegi et cognosci posse praedicatus est. quae legenti
tibi interim prosunt ad prima fidei liniamenta formanda. plus robo
ris tibi dabitur et magis ac magis intellectus cordis operabitur. scru
tanti scripturas ueteres ac nouas pleniusque uniuersa librorum spi
ritalium uolumina perlegenti. Nam nos nunc de diuinis fontibus
impleuimus modicum quod tibi interim mitteremus. bibere uberius
et saturari copiosius poteris. si tu quoque ad eosdem diuinae plenitu
dinis fontes nobiscum pariter potaturus accesseris.

Ex Augustissima Bibliotheca Caesarea Vindobonensi
CCCXLVII

Österreichische Nationalbibliothek
Digitale Services
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Österreichische Nationalbibliothek
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Österreichische Nationalbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/onb_cod962/0009